Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

resurgemus sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi in no
uissima tuba. Canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti et nos
immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam
et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit
immortalitatem tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorpta est mors in uic
toria. Vbi est mors victoria tua. Vbi est mors stimulus tuus. Stimulus
enim mortis peccatum est. virtus uero peccati lex. Deo autem gratias qui dedit
nobis victoriam per dominum nostrum ihesum xpm. secundum Johanem
Nil tem. Dicebat ihesus turbis iudeorum. Amen amen dico
uobis quia uenit hora et nunc est qui mortui audient uocem filii
dei et qui audierint uiuent. Sicut enim pater habet uitam in se
metipso sic dedit filio et uitam habere in semetipso. Et potestatem
dedit ei iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc qu
ia uenit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient uocem eius et
procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uite qui uero mala ge
sserunt in resurrectionem iudicii. Misse extraordinarie De s.
Gaudam omes in dno die festo cele sb honore. Elizabet
elizabeth vidue dcau sollep sau ans et coll fil di. Cruc
cor me ub. Tuorum corda fidelium ds miserator illust
et beate elizabeth paupus sclosis fac nos pspa mundi despicere
et celestia semp consolone gaudere. Epistol. Mulierem forte
xix. Br. Audi filia et uide et inclina aurem tuam quia co
cupiuit rex speciem tuam. Ps. Audite filia et pulcitudine tua ideo pspe procede et
regna. Alla. Ora pro nobis filia felix alumpnis paupis xpi nos
recomdamus elizabeth beata ut tuis tuorum opum adsiduis consortiis dignet sclifi
cata. Euang. Simile est regnum celorum thesauro. Cl xi.
Offer. Filie regis in honore tuo astitit regina a dexteris tuis sue